TUTO THARISIENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 88r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26576
Copyright: Admont, Benediktinerstift



horto. Nec aromata sepulture huic de
fuerunt. quia uenit et nichodemus in eisdem
exequiis suam quoque deuotionem ostensu
rus. ferens mixturam myrre et aloes quasi
libras centum. Felix qui spiritualiter ista domino
exhibere potuerit. et ad suscipiendum
eum talibus impensis habundauerit. Quasi
munda syndone inuoluitur. cum in sim
plicitate et mundicia mentis nostre sus
cipitur. In nouo autem et de petra exci
so monumento ei locum damus. si in no
uitate uite ambulantes. et in constantia
fidei petre similitudinem tenentes. gra
to illum hospicio honoramus. Ea nichilo
minus que horti uiriditate designantur
germinantia uirtutum odoramenta in
eius semper susceptione flagrabit. ea ni
mirum copia quam in sponse thesauris
exuberare dilectus testatur dicens. Cypri cum